Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

calicem demoniorum. Non potestis mense domini participare et mense demoniorum. Et in alio loco: Que communicacio luci ac tenebris? Qui consensus Christo ad Belial? Rem novam loquor, immo non novam sed veterem, que veteris testamenti auctoritate firmatur. Si reliquerit secundum virum in reconciliari priori viro voluerit, non potest. Scriptum est enim in Deuteronomio: Si acceperit homo uxorem et habuerit eam, et non invenerit graciam in conspectu eius propter aliquam feditatem, scribet libellum repudii et dabit in manu eius et dimittet eam de domo sua. Cumque egressa alterum maritum duxerit, et ille quoque oderit eam dederitque ei libellum repudii et dimiserit eam de domo sua, vel certe non mortuus fuerit, non poterit prior maritus recipere eam uxorem, quoniam polluta est et abhominabilis facta est coram domino, ne peccare facias terram tuam quam dominus deus tuus tradidit possidendam. Unde obsecro te ut consoleris eam, immo provoces ad salutem. Putride carnes ferro indigent et cauterio, nec est medicine culpa sed vulneris, cum crudelitate clemencia non parcit medicus ut parcat, sevit ut misereatur.

Jeronimus ad Pamachium de optimo genere interpretandi. xlii.

Paulus apostolus presente Agrippa rege de criminibus responsurus quod posset intelligere qui audituri erant, securus de causa victorie statim in principio gratulatur dicens: De omnibus quibus accusor a Iudeis, o rex Agrippa, estimo me beatum cum apud te sim hodie defendendus, qui precipue nosti cunctas que in Iudeis sunt questiones et consuetudines. Legerat enim illud Ysaie: Beatus qui in aures loquitur audientis. Noverat tantum verba oratoris proficere quantum iudicis prudencia cognovisset. Unde et ego beatum me in hoc dumtaxat negocio iudico quod apud eruditas aures imperite lingue responsurus sum, que obicit michi vel ignoranciam vel mendacium si aut nescivi alienas litteras vere interpretari aut nolui, quorum alterum error, alterum crimen est. Ac ne forsitan accusator meus facilitate qua cuncta loquitur et impunitate qua sibi licere omnia putat me quoque apud vos argueret, ut papam Epiphanium criminatus est, hanc epistolam misi que te et per te alios qui